

Die Augustinusregel im Pauliner-Orden

I

Der Orden des Hl. Paul des Eremiten (OSPPE) hat sich in Zentral-europa aus einer Zelle entwickelt, die im Jahre 1250 in Pilis organisiert wurde, und zwar durch den ehemaligen Kanonikus Eusebius von Strigonium. Dieser Orden war ein Versuch, auf der Grundlage des Kanonikates den Eremitismus mit dem Leben in Gemeinschaft zu vereinigen.

In diesem Artikel skizziere ich kurz die Geschichte der Augustinusregel im Orden der Pauliner und teile ihren Wortlaut in textkritischer Bearbeitung mit :

1. Geschichtsgrundriß der Augustinusregel im Pauliner-Orden.
2. Text der Augustinusregel, nach welcher im Pauliner-Orden gelebt wurde.

1 *Geschichtsgrundriß der Augustinusregel im Pauliner-Orden.*

Als Kardinal Gentilis päpstlicher Legat in Ungarn war, bemühte er sich um die Lebenszentren der Pauliner-Coenobiten und machte sich mit ihnen vertraut. Zur damaligen Zeit waren es vierundzwanzig ¹⁾. Er gestattete ihnen, « ... *sub Regula s. Augustini* ... » zu leben. In seinem Dekret vom 13.12.1308 ²⁾ finden wir eine Erwähnung, daß sich die Gemeinschaft bereits im Jahre 1261 ³⁾ um die Augustinusregel als Lebensnorm bei Papst Urban IV. bemüht hatte.

Nach meinen Forschungen weckt das Dekret des Kardinals Gentilis leider sehr ernste Zweifel betreffs seiner Authentizität. Obwohl ich völlig überzeugt bin, daß es sich um ein Falsifikat aus dem XV. Jahrhundert handelt, überlasse ich hierüber die definitive Entscheidung dem Gremium der Spezialisten.

Am 16.11.1328 war es dann so weit. An diesem Tage übergab

¹⁾ KISBÁN, Emil, *A magyar Pálosrend története* (= Geschichte des Pauliner-Ordens in Ungarn). Budapest 1938, B. 1, S. 321-322.

²⁾ *Monumenta Vaticana historiam Regni Hungariae illustrantia*. Series prima. Budapest 1885, B. 2, S. 180-182.

³⁾ Cfr. *Vitae fratrum*, S. 20.

Papst Johannes XXII. mit seiner Bulle « Per sancte contemplationis » der Gemeinschaft der Pauliner die Augustinusregel als Privileg ⁴⁾. Das Original der Bulle ist allerdings früh verlorengegangen, weshalb Papst Clemens VI., auf Ersuchen der Pauliner, auf Grund von Regesten diese transummieren und das Transsumpt als Original ⁵⁾ bezeichnen ließ. Er stellte es am 19.7.1342 in Avignon mit seiner Bulle « Provisionis nostre debet » aus. Die so geschaffene Situation hielt bis zum Jahre 1368 an. Auf Bitten des ungarischen Königs Ludwig I. des Großen und des Ordensgenerals Peter III. schrieb dann Papst Urban V. am 14.3.1368 mit der Bulle « Apostolice servitutis nobis », die Augustinusregel « ... ad perpetuam rei memoriam ... » ⁶⁾ vor; es war dies die definitive und kanonische Bestätigung des Pauliner-Ordens. Von diesem Tage an lesen wir in allen Dokumenten die Bezeichnung « ... sub Regula beati ... » oder « ... sancti Augustini ... ». Der Text der Augustinusregel ist in Handschriften des Ordens vom Ende des XV. Jahrhunderts erhalten. Bei meinen Forschungen bin ich zuerst auf eine gedruckte Ausgabe des Textes aus dem Jahre 1930 gestoßen, die den Titel trägt : « Regula s. Aureli Augustini episcopi Hipponensis et doctoris ecclesiae. Ad usum Ordini s. Pauli Primi Eremitae » ⁷⁾. Trotz intensivster Bemühungen ist es mir leider nicht gelungen, das fast fünf Jahrhunderte lang andauernde Schweigen über die Augustinusregel im Pauliner-Orden zu ergründen.

Wie es scheint, liegt der wesentliche Grund dieses Phänomens in der Tatsache, daß das durch Papst Innozenz III. auf dem 4. Lateran-Konzil erteilte Recht mit der Zeit zu einer reinen Formalität geworden war, weil es für die normale Entwicklung der Gesellschaft nicht ausreichte. Man befolgte daher an erster Stelle die Konstitutionen ⁸⁾. Der im Jahre 1930 herausgegebene Text mit der ausdrücklichen Bestimmung « zum Gebrauch in der Kongregation » ist ein Nachdruck aus Migne ⁹⁾. Dies geht aus der Identität des Textes klar hervor; mit Ausnahme der Druckfehler und der Aufteilung in betitelte Kapitel stimmt der Wortlaut völlig überein.

⁴⁾ FIJAŁEK, Jan, *Zbiór dokumentów Zakonu OO. Paulinów w Polsce* (= Dokumentensammlung des Paulinerordens in Polen) Kraków 1938, Heft 1 (1328-1464), S. 1-3, 9.

⁵⁾ *Ibidem*, S. 3-4.

⁶⁾ *Ibidem*, S. 8-9.

⁷⁾ Czenstochoviae, sumptis Clari Montis.

⁸⁾ RAVASI, Ladislaus, *De regulis et constitutionibus religiosorum*. Romae [1958], S. 28.

⁹⁾ P.L. 32, 1377-1384.

2. Text der Augustinusregel, nach welcher man im Pauliner-Orden lebte.

Der Text der Regel, den ich im Nachgang anführe, ist — wie ich bereits erwähnte — in Handschriften aus der Zeit vom Ende des XV. Jahrhunderts erhalten geblieben.

Von diesen Handschriften sind vier Ausgaben¹⁰⁾ vorhanden, nämlich :

Codex A in Wien - Palatin-Bibliothek Nr. 1552;

Codex B in Budapest - Nationalmuseum Nr. 253;

Codex C in Tschenstochau - Archiv des Pauliner-Ordens Nr. 2738;

Codex D ebenfalls in Tschenstochau - Archiv Nr. 899.

Letzterer ist eine Kopie des Codex C. Genau genommen, ist uns der Text also in drei Codices erhalten.

Inhaltlich bringt nachstehend angeführter Text nichts Neues; er ist identisch mit der sogenannten 4. Augustinusregel¹¹⁾, d.h. der « Regula ad servos Dei »¹²⁾. Jedoch vom Standpunkt der Regelgeschichte des hl. Augustinus hat die Publikation dieses Textes einen Sinn; denn es handelt sich um die erste Herausgabe der Regel, nach der im Orden der Pauliner gelebt wird. Für den Orden ist das um so interessanter, weil man bei der Herausgabe im Jahre 1930, wie ich bereits erwähnte, den Text von Migne und nicht den aus den Codices übernommen hat, was aus der Gegenüberstellung der Texte klar hervorgeht. Auch die internationale Skala vergrößert sich durch die Herausgabe um eine mehr, u.zw. von 322 auf 323¹³⁾.

P. Sebastian St. SWIDZINSKI, OSPPE

¹⁰⁾ Die Bearbeitung des Codex und die Basis der Textbearbeitung etc. findet der Leser in meiner Doktorarbeit : « Constitutio Ordinis s. Pauli primi eremitae iuxta textum ante a. 1643 conscriptum ».

¹¹⁾ RAVASI, *op. cit.*, S. 22-24.

¹²⁾ Cfr. BLANCO P., in : *Archivo Agustiniiano*, 42 (1934), S. 450-482; 43 (1935), S. 107-134.

¹³⁾ RAVASI, *op. cit.*, S. 23.

II

Regula beati ^a Augustini episcopi ^b.

Ante ^c omnia, fratres carissimi, diligatur Deus, deinde proximus, quia ista duo ^d precepta sunt principaliter nobis data.

Hec igitur sunt que ut observetis precipimus in monasterio constituti. Primum, propter quod in unum estis congregati, ut unanimes habitetis in domo, et sit vobis anima una et cor unum in Domino ^e.

Nec ^f dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia : et distribuatur unicuique vestrum a preposito suo ^g victus et tegumentum; non ^h equaliter omnibus, quia non equaliter valetis omnes, sed potius unicuique sicut ⁱ opus fuerit. Sic enim legis in Actibus Apostolorum : « *Quia erant illis omnia communia, et distribuebatur unicuique sicut cuique opus erat* » ¹⁾. Rursus, eciam illi ^j qui aliquid habebant in seculo, quando ingressi sunt ^k monasterium, libenter illud velint inter se esse commune ^l. Qui autem non habebant, non ea querant in monasterio, que nec foris habere potuerunt : sed tamen eorum infirmitati, quod opus est tribuatur, eciam si paupertas eorum ^m, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat invenire. Tantum ⁿ non ideo putent se esse felices, quia invenerunt victum et tegumentum, quale foris invenire non poterant.

Nec ^o erigant cervicem, quia sociantur eis, ad quos foris accedere non audebant; sed sursum cor habeant, et terrena ac ^p vana non pauperibus, si divites illic humiliantur, et pauperes illic inflantur. Rursus, eciam illi qui aliquid esse videbantur in seculo, non habeant fastidio fratres suos, qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt : magis autem studeant non de parentum divitum dignitate, sed de ^q pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollantur, si communi vite aliquid de suis facultatibus contulerunt; ne ^r de suis divitiis magis superbiant, quia eas in ^s monasterio parciuntur, quam si eis in seculo fruerentur. Alia ^t quippe quecumque iniquitas in malis

^a scr. sancti D. — ^b scr. S. Aurelii Augustini Hipponensis episcopi Regula ad servos dei PL. — ^c add. pro ante : de charitate Dei et proximi, unione cordium et communitate rerum PL. — ^d duo om. PL. — ^e scr. Deo PL. — ^f scr. et non PL. — ^g scr. vestro PL. — ^h scr. secundo C. — ⁱ add. cuique ABCD. — ^j rursus-illi om. PL, eciam illi om. A. — ^k scr. fuerint ACD. — ^l scr. velint illud esse commune ABCD. — ^m scr. illorum PL. — ⁿ scr. tamen ABD. — ^o add. pro nec : de humilitate PL. — ^p ac om. ABCD. — ^q de om. A. — ^r scr. nec ABCD. — ^s in om. ABCD. — ^t add. eciam, postea del. B.

¹⁾ Act. IV, 32, 35.

operibus exercetur, ut fiant; superbia vero eciam bonis operibus insidiatur, ut pereant : et quid prodest dispergendo dare ^u pauperibus et pauperem fieri, cum anima misera superbior efficitur divicias contemnendo, quam fuerat possidendo? Omnes ergo unanimiter et concorditer vivite; et honorate in vobis invicem Deum, cuius templa facti estis.

Orationibus ^v instate, horis et temporibus constitutis. In oratorio nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, unde et nomen accepit : ut si forte aliqui eciam preter horas constitutas, si eis vacat, orare voluerint, non eis sint impedimento, qui ibi aliquid agendum putaverint. Psalmis et hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod proferetur in voce ^w : et nolite cantare, nisi quod legis es esse cantandum; quod autem non ita scriptum est ut cantetur, non cantetur.

Carnem ^x vestram domate ieiuniis, et ^y abstinencia esce et potus, quantum valetudo permittit. Quando autem aliquis non potest ieiunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum egrotat. Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contentionibus audite : nec ^z sole vobis fauces sumant cibum, sed et aures esuriant Dei verbum.

Qui ^{a'} infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet aliis molestum esse, nec iniustum videri eis quos fecit alia ^{b'} consuetudo fortiores. Nec illos feliciores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsi : sed sibi potius gratulentur, quia valent quod non valent illi. Et si eis qui venerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum, vestimentorum ^{c'}, operimentorum ^{d'} datur, quod aliis forcioribus ^{e'}, et ideo felicioribus non datur; cogitare debent quibus non datur, quantum de sua seculari vita illi ad istam descenderint, quamvis usque ad aliorum, qui sunt corpore firmiores, frugalitatem pervenire nequiverint ^{f'}. Nec debent velle omnes, quod paucos vident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur, accipere; ne contingat detestanda perversitas, ut in monasterio, ubi quantum possunt, fiunt divites laboriosi, fiant pauperes delicati. Sane quemadmodum egrotantes necesse habent minus accipere, ne graventur : ita et post egritudinem sic tractandi sunt,

^u ser. dispergere dando PL. — ^v add. pro orationibus : de oratione et divino officio PL. — ^w ser. ore ABCD. — ^x add. pro carnem : de ieiunio et refectioe PL. — ^y et om. ACD. — ^z ser. ne ABCD. — ^{a'} add. pro qui : de indulgentia erga infirmos PL. — ^{b'} ser. aliqua ABCD. — ^{c'} add. stramentorum PL. — ^{d'} add. ve AB. — ^{e'} add. non datur B. — ^{f'} ser. non potuerint ABC, non potuerunt D.

ut cicius recreentur, ecciamsi de humillima seculi paupertate venerunt; tanquam hoc ^{g'} illis contulerit recencior egritudo, quod divitibus anterior consuetudo. Sed cum vires pristinas reparaverint, redeant ad suam feliciorē consuetudinem, quē famulos Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent: nec ibi eos teneat voluptas iam vegetos ^{h'} quo necessitas levarat infirmos. Illos estiment diciores, qui in sustinenda parcite fuerint forciores. Melius est enim minus egere, quam plus habere.

Non ^{i'} sit notabilis habitus vester; nec affectetis vestibus placere, sed moribus. Quando proceditis, simul ambulate: cum veneritis quo itis, simul state. In incessu, statu, habitu, in omnibus motibus vestris, nichil fiat quod cuiusquam, offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem. Oculi vestri etsi iaciuntur in aliquam feminarum, in nulla figantur. Neque enim quando proceditis, feminas videre prohibemini; sed appetere, vel ab eis ^{j'} appeti velle criminis est. Nec solo tactu et affectu, sed aspectu quoque appetitur ^{k'} et appetit concupiscencia feminarum. Nec dicatis vos habere animos pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus, impudici cordis est nuncius. Et cum se invicem sibimet, ecciam tacente lingua, conspectu mutuo, corda nunciant impudica, et secundum concupiscenciam carnis alterutro delectantur ardore; eciam intactis ab immunda violacione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. Nec putare debet qui in feminam figit oculum, et illius in se ipse dirigit ^{l'} fixum, ab aliis se non videri, cum hoc fecerit: videtur omnino, et a quibus se videri non arbitratur. Et si lateat ^{m'}, et a nemine hominum videatur; quid faciet de illo ^{n'} super inspectore, quem latere nichil potest? An ideo putandus est non videre, quia tanto videt paciencius, quanto sapiencius? Illi ergo vir sanctus timeat displicere, ne velit femine male placere: illum cogitet omnia videre, ne velit feminam male videre. Illius namque et in hac causa commendatus est timor, ubi scriptum est: «*Abominacio est Domino defigens oculum*» ²⁾. Quando ergo simul estis in ecclesia, et ubicumque ^{o'} femine sunt, invicem vestram pudiciciam custodite. Deus enim qui habitat in vobis, eciam isto modo custodiet vos ex vobis.

^{g'} add. eis retu, postea del. B. — ^{h'} scr. vegetatos ABCD. — ^{i'} add. pro non: de habitu et exterioris hominis compositione PL. — ^{j'} scr. aut ab ipsis PL. — ^{k'} scr. non solo tacito affectu sed aspectu et aspectu quoque BCD, scr. nec solo tacito affectu aspectuque A. — ^{l'} scr. diligit PL. — ^{m'} scr. ecce lateat PL. — ^{n'} add. de ABCD. — ^{o'} add. ubi et PL.

²⁾ Prov. XXVII, 20.

Et p' si q' hanc de qua loquor, oculi petulanciam in aliquo vestrum adverteritis, statim admonete, ne cepta progrediantur, sed de proximo corrigantur. Si autem et r' post admonicionem iterum, vel alio quocumque die idipsum eum facere videritis, iam velut vulneratum sanandum prodat, quicumque hoc potuerit invenire; prius tamen ac s' alteri vel tertio demonstratum t', ut duorum vel trium possit ore convinci, et competenti severitate coerceri u'. Nec vos iudicetis esse malevolos, quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis, si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore, quod vellet occultari, dum v' timeret secari; nonne crudeliter abs w' te sileretur, et misericorditer indicaretur? Quando x' ergo potius eum y' debes manifestare, ne deterius putrescat in corde? Sed antequam aliis demonstretur, per quos convicendus est, si negaverit, prius preposito debet ostendi, si admonitus neglexerit corrigi, ne forte possit secrecius correptus non innotescere ceteris. Si autem negaverit, tunc neganti adhibendi sunt alii, ut iam coram z' omnibus a'' possit b'' non ab uno teste argui, sed a duobus vel tribus c'' convinci. Convinctus vero, secundum prepositi vel d'' presbyteri, ad cuius dispensacionem pertinet, arbitrium, debet emendatoriam subire vindictam: quam si ferre recusaverit, eciam si ipse non abscesserit, de vestra societate proiciatur. Non enim et hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat. Et hoc quod dixi de oculo non figendo, eciam in ceteris inveniendis, prohibendis, indicandis e'', convincendis f'', vindicandisque g'' peccatis, diligenter et fideliter observetur, cum dilectione hominum, et odio vitiorum. Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, ut occulte ab aliqua litteras vel quelibet munuscula accipiat h'', si hoc ultro confitetur, parcatur illi, et oretur pro illo i''. Si autem deprehenditur et j'' convincitur, secundum arbitrium presbyteri vel prepositi gravius emendetur.

Vestes k'' vestras in unum habeatis, sub uno custode vel duobus,

p' add. pro et: de fraterna correctione PL. — q' si om. A. — r' et om. ABCD. — s' scr. et ABCD. — t' scr. demonstrandum ABCD. — u' scr. cohercerit BC. — v' ser. cum BCD. — w' scr. a ABCD. — x' scr. tanto CD. — y' eum om. BCD. — z' scr. etiam alii coram A, scr. alii eciam BCD. — a'' add. testes ut A, add. ut C. — b'' add. iam A, add. ut B. — c'' ser. pluribus A, duobus tribusve PL. — d'' add. etiam PL. — e'' add. iudicandis BCD. — f'' add. que BCD. — g'' scr. iudicandisque A, vindicandisque om. D. — h'' scr. vel quod libet munus acceperit ABCD. — i'' scr. eo ABCD. — j'' scr. atque PL, CD. — k'' add. pro vestes: de vitio propriam aliquam rem sibi vindicantium PL.

vel quot sufficere potuerint ^{l''} ad eas excuciendas, ne a tineas ledantur : et sicut pascimini ex uno cellario, sic induamini ex uno vestiario. Et ^{m''} si fieri potest, non ad vos pertineat quod vobis ^{n''} indumentum pro temporum congruencia proferetur, utrum hoc recipiat unusquisque quod deposuerat, an aliud quod alter habuerat; dum tamen unicuique, prout cuique ^{o''} opus est, non negetur. Si autem hinc inter vos contenciones et murmura oriuntur, cum ^{p''} queritur ^{q''} aliquis se deterius accepisse quam prius habuerat, et indignum se esse qui ^{r''} non ita vestiatur, sicut ^{s''} alius frater eius ^{t''} vestiebatur; ^{u''} hinc vos probate quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis, qui pro habitu corporis ligatis. Tamen si sic ^{v''} vestra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis quod deposueratis ^{w''}, in uno tamen loco sub communibus custodibus habete quod ponitis. Ita sane, ut ^{x''} nullus sibi aliquid operetur; sed omnia opera ^{y''} vestra in commune ^{z''} fiant, maiori studio et frequentiori alacritate, quam si vobis singulis faceretur propria. Caritas enim, de qua scriptu est, quod non querat que sua sunt ³⁾, sic intelligitur, quia communia propriis, non propria communibus antepont. Et ideo quanto plus ^{a'''} rem communem quam propriam vestram ^{b'''} curaveritis, tanto vos amplius profecisse ^{c'''} noveritis; ut in omnibus, quibus utitur transitura ^{d'''} necessitas ^{e'''}, superemineat que permanet caritas. Consequens ergo est ut etiam ^{f'''} qui suis filiis, aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio constitutis, aliquam contulerit vestem, sive quodlibet aliud inter necessaria deputandum, non occulte accipiat; sed sit in potestate prepositi, ut in rem communem redactum, cui necessarium fuerit prebeatur. Quod si aliquis rem sibi collatam celaverit, furti iudicio condemnetur.

Indumenta ^{g'''} vestra secundum arbitrium prepositi laventur, sive a vobis, sive a fullonibus, ne interiores anime sordes contrahat munde vestis nimius appetitus. Lavacrum etiam corporis, cum infirmitatis necessitas ^{h'''} cogit, minime denegetur. Fiat sine murmure de

^{l''} ser. possint ABCD. — ^{m''} et om. ABCD. — ^{n''} add. pro B. — ^{o''} ser. unicuique D. — ^{p''} ser. dum A. — ^{q''} ser. conquerit A, conqueritur BCD. — ^{r''} ser. quod AD. — ^{s''} ser. ut A. — ^{t''} eius om. ABCD. — ^{u''} ser. vestitur AC. — ^{v''} sic om. ABCD. — ^{w''} ser. posueratis BD, posueratur AC. — ^{x''} ser. quod BC. — ^{y''} opera om. BCD. — ^{z''} ser. unum ABCD. — ^{a'''} ser. amplius ABCD. — ^{b'''} vestram om. A. — ^{c'''} ser. proficere C. — ^{d'''} ser. transitoria ABCD. — ^{e'''} necessitas om. B. — ^{f'''} add. cum A, cum quis C, etiam om. D. — ^{g'''} add. pro indumenta : de vestium lotione, de balneis, deque aliis curandis fratrum necessitatibus PL. — ^{h'''} necessitas om. C.

³⁾ 1 Cor. XIII, 5.

consilio medici, ita ^{l'''} ut etiam si nolit, iubente preposito faciat quod faciendum est pro salute. Si autem velit, et forte non expedit, sue cupiditati non obediatur : aliquando enim etiam si noceat, prodesse tamen ^{j'''} creditur quod delectat. Denique si latens est dolor in corpore, famulo Dei dicenti quid ^{k'''} sibi doleat, sine dubitatione credatur : sed tamen utrum sanando illi dolori, quod delectat, expediat, si non est certum, medicus consulatur. Nec eant ad balnea, sive quocumque ire necesse fuerit, minus quam duo vel tres. Et ille qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus prepositus iusserit, ire debebit ^{l'''}. Egrotantium cura, sive post egritudinem reficiendorum, sive aliqua imbecillitate etiam sine febribus laborantium, uni alicui debet iniungi, ut ipse de cellario petat quod cuique opus esse ^{m'''} perspexerit. Sive autem qui cellario, sive qui vestibus, sive qui codicibus preponuntur, sine murmure serviant fratribus suis. Codices certa hora singulis diebus petantur : extra horam qui petierit non accipiat. Vestimenta vero et calceamenta quando indigentibus fuerint necessaria, dare non differant sub quorum custodia sunt que poscuntur.

Lites ^{n'''} aut ^{o'''} nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium, et trabem faciat de festuca, et animam faciat homicidam. Sic enim legitis : « *Qui odit fratrem suum, homicida est* » ⁴⁾. Quicumque ^{p'''} convicio vel maledicto, vel etiam criminis obiectu aliquem lesit ^{q'''}, meminerit satisfactione quantocius ^{r'''} curare quod fecit, et ille qui lesus est, sine disceptatione dimittere. Si autem invicem se leserint, invicem sibi debita relaxare debebunt, propter oraciones vestras; quas utique quanto crebriores habetis, tanto saniores ^{s'''} habere debetis. Melior est enim ^{t'''} qui quamvis sepe ira tentatur ^{u'''}, tamen impetrare festinat ut sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriam, quam qui tardius irascitur, et ad veniam petendam difficilior ^{v'''} inclinatur. Qui non vult dimittere fratri, non speret accipere oracionis effectum ^{w'''} : qui autem nunquam vult petere veniam, aut non ex animo petit, sine causa est in monasterio, ecciamsi inde non proiciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite : que si emissae fuerint ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, unde facta sunt vulnera. Quando autem necessitas discipline

^{l'''} ita om. CD. — ^{j'''} tamen om. ABCD. — ^{k'''} scr. quod A. — ^{l'''} scr. debet AB. — ^{m'''} esse om. B. — ^{n'''} add. pro lites : de petenda venia, et offensis condonandis ex charitate PL. — ^{o'''} scr. autem ABCD. — ^{p'''} add. ergo ABCD. — ^{q'''} scr. leserit ABCD. — ^{r'''} quam cicius ABD. — ^{s'''} scr. sanctiores ABCD. — ^{t'''} scr. autem AB. — ^{u'''} scr. temptatur C. — ^{v'''} scē. tardius ABCD. — ^{w'''} qui-effectum om. ABCD.

4) 1 Joan. III, 15.

in moribus coercendis x''', dicere vos dura verba compellit, si eciam ipsi modum vos excessisse sentitis, non a vobis exigitur ut a vobis y''' subditis veniam postuletis, ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimium servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas : sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui novit etiam z''' eos quos plus iusto forte corripitis, quanta benevolencia diligatis. Non autem carnalis, sed spiritualis debet inter vos esse dilectio.

Preposito a''' tamquam patri obediatur, multo magis presbytero qui omnium vestrum curam gerit.

Ut ergo cuncta ista serventur, et si quid servatum minus fuerit, non negligenter pretereatur, sed ut emendandum corrigendumque curetur, ad prepositum precipue pertinebit b''', ut ad presbyterum, cuius est apud vos maior c''' auctoritas, referat quod modum, vel vires eius excedit. Ipse vero qui vobis preest, non se existimet potestate dominante, sed caritate serviente felicem. Honore coram vobis prelatus sit vobis; timore coram Deo substratus sit pedibus vestris. « Circa d''' omnes seipsum bonorum operum prebeat exemplum »⁵⁾. « Corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, pociens sit ad omnes »⁶⁾; disciplinam libens habeat, metuens e''' imponat. Et quamvis utrumque sit necessarium, tamen plus a vobis amari appetat, quam timeri; semper cogitans Deo se pro vobis redditurum esse f''' rationem. Unde vos magis obediendo, non solum vestri, sed eciam ipsius miseremini; quia g''' inter vos quando h''' loco superiore, tanto in periculo maiore versatur.

Donet i''' Dominus ut observetis hec omnia cum dilectione j''', tamquam spiritualis pulchritudinis amatores, et bono Christi k''' odore de bona conversacione fragrantés, non sicut servi sub lege, sed sicut liberi sub gracia constituti. Ut autem vos in hoc libello tamquam in speculo possitis inspicere, ne per oblivionem aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur. Et ubi vos inveneritis ea que scripta sunt facientes, agite gracias Domino bonorum omnium largitori : ubi autem sibi quicumque l''' vestrum videt m''' aliquid deesse, doleat de preterito, caveat de futuro, orans ut et n''' debitum dimitatur, et in tentacionem non inducatur o'''. Amen p'''.

x''' scr. choerendis B, coherendis CD. — y''' a vobis om. B. — z''' etiam om. ABCD. — a''' pro preposito : de obedientia praeposito exhibenda PL. — b''' scr. pertinet A. — c''' maior om. A. — d''' scr. cum C. — e''' scr. metuendus ABCD. — f''' esse om. ABCD. — g''' scr. qui ABCD. — h''' add. in ABCD. — i''' add. pro donet : de regulae liberali observentia et frequenti lectione PL. — j''' cum dilectione om. ABCD. — k''' scr. Xpi BC. — l''' scr. quicumque AC. — m''' scr. viderit ACD. — n''' scr. sibi ABCD. — o''' add. explicit textus B. — p''' add. anno ? 1720 A.

5) Tit. II, 7.

6) I Thess. V, 14.